

26.
rogauit. Noster est aduersariorum. Ne forte
aliquib, aduersari praefugis falleretur. Non tam
otiose vellus vel incampo posuit vel in praxio. sed posuit
in area. ubi messis est tritici. messis enim multa. opera
rii aut pauci. eo quod per fidem domini. futura esset messis
fecunda uisiturum. Nec illud otiose. quod exsiccauit
vellus iudaicum. & rorem eius misit in peluem. ut reple
retur aqua. non tamen ipse eorum pedes lauit. Alii
debeatur. tantum ^{peculiaritas} praerogatiua mysterii. Expectaba
tur ille qui sordes omnium solus possit abluere. Non
erat tantus gedeon. qui hoc sibi mysterium vindicaret.
Non enim gedeon. sed filius hominis. uenit non ministra
ri. sed ministrare. Itaque cognoscamus. In quo haec my
steria uideantur esse completa. Non in sco hierobaal.
Adhuc enim erant illa ^{sub lege} principia. Ideo gentes uictae.
quia siccitas erat adhuc in gentibus. Ideo israhel uict.
quia ^{ad gratiam} ros tunc manebat in uellere. Veniamus ad euan
gelium. Inuenio dominum meum spoliantem se uestimenta.
& praecingentem se linteo. mittentem aquam in peluem.
lauantem pedes discipulorum suorum. Dominus ihesus pe
des lauat. Et nunc extendantur pedes animorum.